

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis
Extrema Unctionis, & Ordinis

Bosco, Jean a

Lovanii, 1672

Concl. II. Pontifex delegavit Religiosis Mendicantibus, ab Episcopo
approbatis, jurisdictionem absolvendi quoscumque fideles, absque alia
licentia Episcopi vel Parochi. Per Confessionem, eis factam, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](#)

Cap. 3. & 7.
15. Etymologia nominis in multis casibus fallit.

duorum tale est, ut in eo utraque persona vires duorum habeat, videlicet actoris & rei; cur, argu-
mento à simili, non possit eadem persona vi-
ces duorum habere, videlicet delegantis &
delegati?

Nec obstat etymologia nominis, de qua
suprà; quia illa in multis casibus fallit. Et
præterea, non videtur, quare delegate ma-
gis significet, alteri physicè distincto aliquid
committere, quam emere significet, aliquid
ab altero physicè distincto accipere; & dis-
pensare, alteri physicè distincto aliquid con-
cedere; & restituere, alteri physicè distincto
aliquid dare; sin autem in his posterioribus
exemplis sufficiat moralis distinctio, cur non
etiam in delegante & delegato?

Idem potest
demonstrari
per pluri-
bus tit-
ulis ad ma-
trem nra-
mitem.

Nám quod suprà pro disparitate adfer-
batur, videlicet, per illam delegationem ní-
hil ponitur aut conceditur, quod delegatus
antea non habebat, idque meius, utpote
ex officio, non videtur tatisfacere difficulta-
tati; liquidem, ut ibidem replicavi, certum
est, idem posse obtinere pluribus titulis ad
majorem firmatatem, ut nimis umno defi-
ciente, ipsa res non deficit, quæ duplicita-
tulo possidebatur. Pater in casu proposito:
quia Prælatus, non obstante quod habeat
jurisdictionem ordinariam, potest delegatam
reciperi à Pontifice. Quare igitur, quod po-
test recipere à Pontifice, non potest recipere
à seipso?

16. Qui debet esse distinc-
tio personalis; argum.
cap. fin. de Instituti. ubi Innoc. III. scribit
in hac verba Episcopo Trecent. & Archidiacono
Parisiensi: Illud nolumus vos ignorare, quod post
quam M. fuit Abbas effectus, Custodiæ de jure
non potuit obtinere: quia cum ratione Abbatia ad
ipsum pertineat donatio tam Custodie, quam aliorum
Dignitatum, ac etiam Præbendidarum in Ecclesia Pa-
triæ. Custodiæ ipsam recipere non potuit à seipso:
cum inter dantem & recipientem debet esse distinc-
tio personalis; sed nec ab alio, cum jus conferendi
alii non haberet.

Qui, inquis, inter dantem & recipien-
tem debet esse distinctio personalis; argum.
cap. fin. de Instituti. ubi Innoc. III. scribit
in hac verba Episcopo Trecent. & Archidiacono
Parisiensi: Illud nolumus vos ignorare, quod post
quam M. fuit Abbas effectus, Custodiæ de jure

non potuit obtinere: quia cum ratione Abbatia ad
ipsum pertineat donatio tam Custodie, quam aliorum
Dignitatum, ac etiam Præbendidarum in Ecclesia Pa-
triæ. Custodiæ ipsam recipere non potuit à seipso:
cum inter dantem & recipientem debet esse distinc-
tio personalis; sed nec ab alio, cum jus conferendi
alii non haberet.

Respondetur: huic textum commodè esse
intelligendum, scilicet in causis odioficiis, uti est
collatio Dignitatum. Hinc idem Pontifex Ro-
thomag. Archiepiscop. & ponitur cap. 26. de
Iure patronatus. Per nosras, inquit, postulasti
literas duceri, utrum Clericis ad vacanciam Ecclesie
sum, in qua jvs obtinet Patronatus, scipsum (si est
idoneus) valeat presentare. Cum igitur nullus se
ingereret, debet Ecclesiastica Prælationis officiis: Re-
ponendum, quod nullus se potest ad Personatum ali-
cujus Ecclesie presentare, quantumcumque idoneus sit,
& quibuscumque studiis & meritis adjuvetur.

I ergo speciale est in hoc casu, quoniam
perniciosi exempli ac sapiens ambitionem.
Porro in nostro casu, delegatio jurisdictionis,
etiam continuè pendeat à revocatione Prælati
successoris, non est, dicet aliquis, perniciosi ex-

empli, neque sapit ambitionem magis, quam
dispensatio; concessio Indulgentiarum &c.

Respondeo: licet potestas delegata absolu-
vendi à peccatis, non sit propriè Ecclesiastica
Prælationis officium, proximè tamen ad illud
accedit, & si non proximè, saltem remorè sa-
pit ambitionem, sibi ipsi illam conferre, ut
poterit quam constiuitatur legitimus Index
in hoc foro, & alii ejus subdit, quod non
habet locum in dispensatione, concessione
Indulgentiarum, & similibus.

Et dato, quod neque ex ratione, neque ex
jure scripto efficaciter Conclusio probaretur,
sufficit praxis communis, à qua non est rece-
dendum, cum periculo invalidè administran-
di hoc Sacramentum.

Sed nunquid, interrogat quispiam, hodie
aliquibus est delegata potestas absolvendi à
peccatis? Satis multis, atque in primis:

CONCLUSIO II.

Pontifex delegavit Religiosis
Mendicantibus, ab Episcopo
approbat, jurisdictionem ab-
solvendi quoscumque fideles,
absque alia licentia Episcopi
vel Parochi. Per Confessionem,
eis factam, impletur præce-
ptum annum.

17. Nullus po-
test scipsum
ad persona-
rum alie-
ni Ecclesie
pervenire.

Hec Conclusio, tametsi ex hullo jure
scripto posset probari, equidem plus
quam meridiana est ex universali praxi Ec-
clesiae, à qua non potest recedere sine scandalo
fidelium, qui uique in hodiernum diem con-
fessi sunt in Pachate Religiosis Mendicanti-
bus, ab Episcopo approbat, post Concil.
Tridentinum, independenter ab alia licentia
Episcopi vel Parochi. Longior sim, si velim
omnia privilegia de hac re concessa exscri-
bere, contentus ero illis, quæ in terra sunt
juri communis & paucis aliis, reliqua videri
possunt apud August. à Virgine Maria in li-
bello, quem inscribit: *Privilegia omnium Reli-
giostrorum. verb. Confessio personarum secularium.*

Primum itaque privilegium, insertum juri
communi, concessit Benedictus II. an. 1304.
Extravag. Inter cunctas de Privilegiis ibi:
Eletti ab iisdem Fratribus (Prædicatoribus &
Minoribus) ad audiendas Confessiones, & par-
tentias iniungendas, libere auctoritate Apollonica
absque licentia Diocesanorum, & aliorum Præla-
tum inferiorum exemptorum & non exemptorum,
quibus subsunt, qui ad confitendum accidunt, au-
diant eos peccata sua confiteri volentes (non Religio-
sos, qui secundum statuta suorum Ordinum propriis
Prælatis

An delegat
tio juridi-
cionalis
crimen
in casu pro-
posito fit
pernicio-
sus
exempli ac
sapiens amq
bitionem.

19. Probat
Conclusio
ex univer-
salis praxi Re-
ligiosorum.

Prælati, confiteri debent, aut ab eis, ne confiteantur alii, prohibentur & abſolvant; iſſi, pœnitentias salutares imungant, intra ſibi deſignatos terminos, ad hunc modi exerſendum officium conſtitutos.

20.
Extravag.
Vas electionis de Hæreticis.

Secundum privilegium eft Ioannis XXII. a. 1321. Extravag. Vas electionis de Hæreticis. inter communes ibi Fide digna relatio ad notarium perduxit auditum, quod ipſe Magister Ioannes de Poliaco in quibusdam articulis tangentibus Pœnitentia Sacramentum non sobrium, ſed perperam sapiebat, inſcriptos articulos, periculoſos continentis errores, docens publice in ſuis Prædicationibus, & in ſcholis.

Primò ſiquidem aſtruiens, quod confeſſi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi Confeſſiones, tenentur eadem peccata, qua confeſſi fuerant, iterum confeſſi proprio Sacerdoti. Secundo, quod ſlante Omnis utriusque ſexūs editio in Concil. Gener. Rom. Ponifex non potest facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti confeſſi, quem dicit eſſe parochiale Caratum, immo nec Deus poſſet hoc facere: quia (ut dicebat) implicat contradictionem. Tertiò, quod Papa non potest dare poſteſtatem generalem audiendi Confeſſiones, immo nec Deus, qui confeſſus habent licentiam, tenetur eadem confeſſi proprio Sacerdoti, quem dicit eſſe (ut præmititur) proprio Curatus.

Et inſtr: Ideo, ne per aſſertione, prædicationem, & doctrinam briausmodi in errorem (quod abſit) anima ſimpliciter prolabantur, omnes articulos, & quilibet eorum tamquam falſos & erroneous, & doctrina ſacra deoſis auctoritate Apoſtolich condennamus & reprobamus de Fratrum noſtrorum conſilio prædictorum, doctrinam contraria veram, & contraria eſſe Catholicum afferentes: ſcilicet, quod illi, qui prædicti Fratribus confeſſiuntur, non magis teneantur eadem peccata confeſſi iterum, quam ſea alijs confeſſi fuſſent eorum proprio Sacerdoti iuxta Concil. Gener.

Optante, veritas vias notas eſſe fidelibus cum eis, & prædicti erroribus precludere adiutum, ne ſubimere errores, felicis recordationis Alex. IV. & Clementis IV. Rom. Pontificum prædeſorum noſtrorum veſtigium innendo, universi & ſinguli diſtriicti inhibemus, ne quiquam pramissos articulos per nos (ut præmititur) dannatos & reprobatoſ, & contenta in eis vel aliquo ipſorum, utpoſt à Catholicis mentibus responda, tenere audeat, ſenſare quomodolibet, vel docere. Quid clariuſ dici poterat?

21.
Qui confeſſi Fratribus habentibus licentiam generali audiendi Confeſſiones ſatisfaciunt præcepto Concil. Generalis.

Si enim illi, qui prædicti Fratribus confeſſiuntur, non magis teneantur eadem peccata confeſſi iterum, quam si ea alijs confeſſi fuſſent eorum proprio Sacerdoti juxta Concil. Gener. ergo illi, qui prædicti Fratribus confeſſiuntur, ſatisfaciunt præcepto Concil. Generalis, ſicut ſatisfacerent si alijs confeſſi rentur eorum proprio Sacerdoti.

Probatur Conſeq. quia prædicti Fratres, etiò non forent proprii Sacerdotes, ſed alieni atramen licentiam habent audiendi Confeſſ-

siones à proprio Sacerdote. Alioquin, ut dicunt in prædicto Concil. Gener. non poſſent abſolvere vel ligare: poſſunt autem abſolvere, aliaſ tenerentur illi, qui prædicti Fratribus confeſſiuntur, eadem peccata iterum confeſſi, quod erroeum eſt.

Iraque qui confeſſiuntur prædicti Fratribus, habentibus potestatem generalem à Pontifice, audiendi Confeſſiones quo cumque tempore, quales ſunt Religioli Mendicantes, ut patet ex eorum privilegiis (in quorum nullo excipitur tempus Paſchale vel annua Confeſſio) vel invalidè abſolvuntur in Paſchate, & iterum tenentur eadem peccata iterum confeſſi proprio Sacerdoti, id eſt, proprio Curato, quod non, ut patet ex Buſla Ioannis XXII. jam allegata; vel valide abſolvuntur (ideo, qui non tenentur eadem peccata iterum confeſſi proprio Curato, ut ibidem docet Ioannes XXII.) & maniſtissimum eſt (meo ju- dicio) iam ſatisfaciſſe præceptum annua Confeſſionis, quo non præcipit, niſi valida Confeſſio leu Abſolutioni: ſupponit quippe Concil. Absolutionem eſſe invalidam, quæ non fit proprio Sacerdoti, vel alieno de ejus licentia; ſi ergo haec valida eſt, ſequitur evi- dentiſime eam factam fuſſe proprio Sacerdoti, vel alieno de ejus licentia. Cur ergo per eam non ſatisfaciſſent Decreto Concil. Gener. quo tantum præcipit, ut omnis utriusque ſexūs fidelis ſemel ſalten in anno confeſſiūtus proprie Sacerdoti, aut alteri de ejus licentia?

Solum obſtare videntur duæ Extravagan- tes, una Mart. V. & incipit: Ad uberes, quam citat Adrianus de Sacram. Confeſſionis q. 5. dicens: Contra hoc &c in confirmationem principalis eſt, quod Mart. V. in quadam Conſtitutione ſua apud veterem urbem edita ſpecialiter ordinat: Volamus autem, quod illi, qui Fratribus confeſſebantur, ſus proprie parochialibus Sacerdotibus ſemel ſalten in anno confeſſi, prout Generale Concilium statuit, nibilominus te- neantur, quod illi, uero Fratres eos ad hoc diligenter & efficiat, ſecondum datam eis à Domino gratiam, exhortantur.

Sed cum haec Extravagans non sit relata inter communes, videtur eſſe minoris au- toritatis, quam ut poſſit obligare fideles con- tra ius commune, & receptam hodie con- fuetudinem.

Sotus 4. dist. 18. q. 4. a. 3. §. In contra- rium, ſic responder: Extravagans haec in primis non præcipit hominem eadem iterum, confeſſi, à quibus ſemel abſolutus eſt: qua- re ſolum potuit præcipere, ut homo ſe re- præſentet proprio Sacerdoti, dicens, ſe jam eſſe abſolutum. Nam dicere, quod ſalten in Paſchate teneatur homo confeſſi proprio Sacerdoti, ſi aliquod habet mortale, non video quomodo intelligatur: quoniam an- nalis

22.
Tales Fra-
tres ſunt
Religioli
Mendicantes
105.

23.
Objicit
Extravag.
Martini V.

24.
Repondo
Sotii.

nualis Confessio non obligat in Paschate, sed in quolibet tempore anni; quare qui confiteretur Fratribus sub Natali Domini, non tenetur iterum usque ad integrum annum amplius confiteri, nisi ratione sumenda Eucharistiae in Paschate; tunc autem si quis peccatum habuerit mortale, etiam potest Fratribus Religiosis confiteri, postquam ille casus non est exceptus in Extravag. Vas electionis, neque in Clement. Dudum.

Nec verò Glossam Adriani ejusdem Extravag. Martini, quæ illam intelligit, quan- do Fratres ad Episcopos neglexerint habere recursum, satis intelligo: quoniam quo- que se prætentent, nullam habent facultatem audiendi Confessiones: & tamen Martinus videtur intelligere, postquam habent auctoritatem. Quare cito dixerim, illam Extravag. in hac parte non esse receptam: quia derogat Extravag. Vas electionis, & Dun- dum. Hucusque Sotus.

Qui eodem modo respondet ad aliam Extravag. Sixti IV. quæ relata est inter com- munes & incipit: Vice illius de Treug. & pace, ubi sic ait Pontifex: Mendicantes defraudent prædi- care, quod parochiani, non sunt obligati, saltem in Pas- chate, proprio confiteri sacerdoti quia de jure tenetur pa- rochianus saltus in Paschate proprio confiteri sacerdoti.

Respondeo, inquam, Sotus suprà, scilicet illa verba non intelligere: quia nullum est tale præceptum confidendi in Paschate, sed semel in anno. Item cùm continuò subjugant: Per hoc tamen ipsi Fratres Mendicantes non confessantur ex luso, quod minus secundum iuris communis & pri- vilegiorum ejusdem concessionem, Confessiones audire & penitentias injungere valent, ratus habet concessiones, illis factas, ad implendum præceptum de semel in anno. Hæc ille.

Noluit itaque (inquit Herinix part. 4. tract. 4. disp. 7. n. 7.) Pontifex ad servandam pacem, quamibi componit, publicè prædicari, saltem adeò crudè, illud quod præmissum est, eò quod in istis terminis id minus rectè sonaret, etiò aliquo à parte rei non inhibeat Fratres, in Paschate Confessiones parochianorum audire, pliata prærogativum suorum tenorem,

Sed hoc est (dicit aliquis) quod queritur; nam potius Pontifex velle derogare corum privilegiis, quoad Confessionem Paschalem seu annuam, salvis tamen eisdem manentibus, quoad alias Confessiones.

Hinc magis peremptoriè respondetur (quidquid sit de tempore litorum Pontificum) clare constare ex concessionibus generalibus postea factis, accedente communi praxi, fideles nunc posse omni tempore, etiam in articulo mortis, & tempore Paschali Fratribus confiteri, absque ulla obligatione, eadem vel distincta peccata confidendi Parochi, eodem vel sequentibus annis.

Quæreris à me, quæ sint istæ concessiones?

Prima erit Pauli III. Bulla: Cum inter cunctas 7 apud Rodrig. ibi: Nec non illis ex vobis, qui Presbyteri fuerint, quorūcumque utriusque sexus Christi fidelium ad vos undecumque accedentium Confessiones audiendi, & Confessiones diligenter auditis ipsos & corum singulos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus & delictis, quan-

timque gravibus & enormibus, etiam sedi Apostolice reservatis, & à quibusvis ex ipsis casibus refutantibus sententis; censuris & penis Ecclæsticis (exceptis contentis in Bulla, que in d'ē Cœna Domini solita est legi) absolvendi, ac eis pro commissis pauperium salutarem injungendi, nec non vota quacunque per eos pro tempore emissa (ultra mar- tini, visitationis limnum B. Petri & Pauli Apo- stolorum de urbe, ac S. Iacobi in Compostella, nec non Religionis & Caſitatis votu d'ūtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutandi: ac Missas ante diem, circa tanen diuinam lucem, & etiam infra horam post meridiem, quando & quoresstant legitimi- mo impedimento, moderno & pro tempore existenti. Pra- posito vestro prefato id necessarium, vel alias in Do- mino expedire viſum fuerit, celebrandi. Et post, seu ante illarum celebrationem, aut alias Christi fidelibus ipsiis Eucharistie, & alia Ecclesiastica Sacra menta sine aliquo prejudicio ministrandi Diocesanorum loco- rum Rectorum parochialiam & aliarum Ecclesiarum, aut quorūvis aliorum licentia desuper minime re- quisita, ac horas Canonicas diurnas pariter & nocturnas secundum usum Romanae Ecclesie noviter edi- tum dicendi & recitandi, ita quod ad alium usum obseruantur, seu Officium dicendum minime tenem- mini, plenam & liberam facultatem auctoritatis Apostolicae beneplacito concedimus... Non obstantibus quibusvis Constitutionibus & ordinationibus ac prohibitionibus & literis Apostolicis, etiam per Sextum IV. in Capitulo Etsi Dominicis & alios Ro- manos Pontifices predecessores nostros, ac nos, & Se- dem prædictam, etiam confessoriatis editis & factis, quibus omnibus illorum tenore, ac si de verbo ad verbum inferentes præsentibus, pro expressis ha- bentes ad hujusmodi effectum; pro hac vice d'ūtaxat specialiter & expresse derogamus, & derogatum esse decernimus, ceterisq; concessiis quibuscumque.

Ecce amplissimum prærogativum, concessum Societati Iesu, per consequens omnibus communicantibus cum ipsa in prærogatiis. In quo utique prærogativum nullum tempus excipi- tur, nullus locus, nullus Christi fidelis; ergo nec nos excipiamus, sed generaliter asse- tamus cum Pontifice, Confessorem Regula- rentem omni tempore, etiam Paschali, & omni loco posse audire Confessiones quorum- cumque utriusque sexus Christi fidelium.

Simile prærogativum concessit FF. Ord. Mi- norum, Pauliis IV. Bulla: Cum sicut expon. 3. Secundum apud Rodrig. ibi: Nos igitur hujusmodi cauilla- tionibus & molestiis ac controversiis de cetero obviare, ac in eis, que dubia sunt, vel esse possunt, pro con- servanda pace & tranquillitate quorūcumque, præ- cipue Religiosarum personarum, sub iugo regularis obser-

52 Disp. 8. De Ministro Sacram. Pœnit.

observantia positarum, mentem nostram declarare volentes, quod de cetero tam dictorum, quam aliorum, quarumcumque provincialium, civitatum & diaecsum per totum orbem, omnium urbisque sexus fidelium, pro tempore dicti Ordinis Fratres à suis Superioribus, ut moris est, deputati Confessores, Confessiones, etiam infirmorum ubilibus, etiam extra domos & habitacula eorumdem Fratrum, audire, eisq; in casibus, & censuris, quibus eis per privilegia sedis Apostolica huiusmodi hactenus concessum est, posse absolvere, & ipsi hactenus absolvere conseruerant, absolvere, & penitentiam salutarem injungere, at omni tempore præterquam in die Resurrectionis Dominice Sacramentum Eucharistia tam illis, quam aliis quibusvis personæ licite ministrare possint, Apostolica autoritate tenore presentium indulgimus a decenimus & declaramus.

Et verò sicuti hic Pontifex excipit diem Resurrectionis Dominicæ ab administratione Eucharistia, cur non eundem excipisset ab administratione Sacramenti Pœnitentiae, si censueret fideles non posse satisfacere præcepto annuæ vel Paschalis Confessionis apud Fratres Minores? Cùm ergo non fecerit, & exceptio firmet regulam in contrarium, signum est, voluisse prædictis Fratribus concedere licentiam audiendi Confessiones, etiam tempore Paschali.

Accedit tertium privilegium generale, concessum Fratribus Minimis per Iulium II. Bulla: *Dudum ad sacrum Ordinem Minorum 10.* apud Cherubinum, ubi §. 34. sic lego: *Nec non Confessiones quarumcumque personarum tam Religiosarum, quam Ecclesiasticarum, & secularium, ubilibet audire, & illis auditis, personas ipsas, & earum quamlibet, justa formam & tenorem privilegii per presatum Sextum prædecessorem Ordini Minorum huiusmodi, ac illius personis & Fratribus dudum concessi, & confirmati, absolvere, ac paenitentiam salutarem illis inungere valeant.*

Hoc tamen limitandum est, nisi religiosæ personæ per speciale statutum prohibeantur extra Ordinem confiteri invitis Praelatis, aut finē illorum licentia, ut patet ex Extravag. Inter cunctas, suprà allegata, & ex variis privilegiis & declarationibus tactis tum Ordini nostro, tum diversis aliis. Porro ut limitemus hæc generalia privilegia ad Confessionem extra tempus Paschale; aut extra articulum mortis, nullum prorsus habemus sufficiens fundamentum.

Quin immo Paulus IV. Bulla citata expressè loquitur etiam de Confessionibus infirmorum. Et Congregatio Cardinalium an. 1587. sic declaravit de articulo mortis, præcipiens, ut circa secularium Confessiones à Fratribus Mendicantibus audiendas, servetur decisiō Congregationum sacri Concilii Trident. corripianturque Ordinarii, qui in articulo mortis id prohibent fieri, vel in licentia concessis excipiunt.

Præterea Clemens VIII. Bulla; significatam fuit nobis 22. Sept. an. 1592. contra aliquos Germaniæ Episcopos decrevit, licet secularibus liberè Missas diebus festis audire in Ecclesiis Mendicantibus, & eorumdem Confessoribus posse peccata cōfiteri quolibet tempore, dummodo Eucharistæ Sacrae cœnæ die Paschatis ab eorum Parochio sumant. Ita Rodrig. in suo Bullario fol. 546.

Consimiliter Innoc. X. Bulla; *Exponi nobis 1em la. noe. x.* an. 1643. die 7. Februario (quam de verbo ad verbum referit Pontius in suo cursu Theologico disp. 46. n. 121.) ob controversiam exoram inter Archiepiscopum Burdigalensem, & Regularibus, declaravit, posse fides peccata sua Regularibus licite confiteri quovis tempore, etiam Paschali. Hæc sunt verba Innoc. *Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filii Regulares civitas Burdigalensis, quod alias a venerabilibus Fratribus nostris S. R. Ecclesie Card. Conc. Trident. Interpretum emanavit Decretum temporis subsequens: D e 9. Iulij an. 1644. Sacra Congreg. Eminentiss. Card. Conc. Trident. Interpretum post marianam discussionem censuit, Archiepiscopum Burdigalensem non posse prohibere Regularibus, habentibus privilegia Apostolica, in a Dominica Palmariæ usque ad Dominicam in aliis inclusivè administrare non valeant Sacramentum Confessionis &c. Cām autem, sicut eadem exppositio subiungebat, iudicem exponentes præmissa, quod firmas subfiant, Apostolica nostra confirmatione patrocino communiū summopere desiderent; idcirco nos &c. debetum praesertim Apostolica auctoritate tenore presentium, confirmamus & approbamus; illisq; inviolabilis Apostolica firmatis rebū adiungimus &c.*

Et si opposas, quod dictus Archiepiscopus non fuerit auditus. Respondet Bruno Chalais de Privil. Regularium Tract. 5. cap. 1. Propos. 3. credibile prorsus esse illum fuisse auditum; cùm ad hoc per appellationem fuerit provocatus: quod si vere non fuerit auditus, nonne ipsi imputandum est, quod causa ceciderit, cum per ipsum steterit? Addit, quod vix probable sit, ipsum habuisse rationes novas S. Congregationi & Pontifici incognitas, & non alias sacerdotes discussas.

Si rursus objicias, quod hoc Decretum nullum effectum pariat, cum non confiteret Regulares habere privilegia. Respondet idem Auctor; ridiculum fore tantorum Iudicium inculcare Decretum, imò temerarium; malè enim statuissent circa querelas Regularium, quā conquerebantur, se molestari a dicto Archiepiscopo, in possessione privilegi, audiendi Confessiones secularium tempore Paschali, si de prædicto privilegio eis non probè constaret. Cùm ergo de S. Congregat. Iudicium & Pontificis probitate nefas sit dubitare, Decretum hoc meliori sensu ac mente interpretandum est, alioquin puerile & ineptum esset, quod etiam cogitale nefas est.

Cum

28.
Tertium
privilegi-
um,

Limitatio
privilegii.

30.
Prima ob-
jectio solu-
bitur.
Chalais.

Secunda
objec-
tio solu-
bitur.

Cum ergo constet ex illo, Regulares habere privilegia Apostolica, dicat quis, si potest, quinam sint illi, qui ea possident; si non sunt, ad quorum instantiam Decretum datum est. Hac ille.

31. Bullam Leonis X. dum intrā 22. apud Cherubinum, ubi §. 6. sic ait Pontifex: Nec non Superiores vorundem fratrum, fratres, quos ad audiendas Confessiones subditorum eorumdem Prelatorum tempore elegantur, et idem Prelatis personaliter exhibere ac presentare (sive sibi exhiberi & presentari petierint) aliquem eorum Vicarius (damnum ad Prelatum ultra duas dieas accedit, non cogantur) omnino teneantur. Posintque illi per eisdem Episcopos & Prelatos super sufficienti litteratura, & aliqua saltem hujusmodi Sacramenti peritia duntaxat examinari. Talibusque presentari admissis, vel etiam indebet recusatis confitentes, constitutione, qua incipit: Omnis utriusque sexus, quoad Confessionem duntaxat satisfecisse conseantur.

Meliora
quodam
Glossa in
up. miss. Ex quo manifestè rejicitur Glossa quædam in cap. Omnis utriusque, verbo: Alieno Sacerdoti, ibi: Sed ecce si Predicatores & Fratres Minores, vel alii Religiosi, non habentes populum, habent privilegium, ut alienos parochianos possint recipere ad penitentiam, nunquid sufficit privilegium, ut parochianum alterius possint recipere ad penitentiam sine licentia proprii Sacerdotis? Dicat, quod non sufficit privilegium, sine licentia proprii Sacerdotis: privilegium enim equiparat eos illis, qui a populo sunt electi, vel illis, qui ab Episcopo populo preficiuntur, & dat eis solam executionem, & ita necessaria est adhuc licentia proprii Sacerdotis, ut hoc dicatur..... Nec Papa per talen indulgentiam intendit prejudicare proprio Sacerdoti.

32. Pontificis &
Episcoporum
potest au-
diens, finit
licentia pa-
tibili, Hac, inquam, Glossa Berhardi de Bonthonio manifestè reprobatur ex illo privilegio Leonis, & alii jam allegatis, ut proinde non sit amplius dubitandum de hac veritate, nisi contrarium à Sede Apostolica declaretur.

Alioquin dicamus Pontificem per se non posse audire Confessionem, de qua loquitur præsumptum caput, nisi de licentia Parochi; similiter Episcopum, quod est contra omnem rationem: non enim Superiori dependet in usu sua iurisdictionis ab inferiori; sed è contra; & nesciù profectò fōret, quod Parochus, qui omniem suam potestatem habet immediate ab Episcopo vel Pontifice, plus posset in hoc Sacramento, quam ipse Episcopus vel Pontifex.

Haben pér
lum, a se
delegatum. Quod si Pontifex vel Episcopus per se potest audire, sine licentia Parochi, quidni etiam per alium, a se ad illud munus delegatum? Noli dubitare, si non vis errare. Dudum Cinqūtus Alex. IV. Bullia: Cūm oīm 24. apud Rodrig. J in quāūd mōnstris litteris deter- minando exp̄r̄imus, quod vos (Fratres Minores) de licentia vel commissione aut concessione Lega- to um sedis Apostolice, vel Ordinariorum locorum

liberè potestis predicare populis, audire Confessiones, aut penitentias injungere Sacerdotum parochialium assensu minimi requirto.

Neque per talen indulgentiam Pontifex præjudicat propriis Sacerdotibus; quia ipsi non privantur iurisdictione suā: & aliunde semper habuerunt eam Superiori subordinatam, adēque si Superior utatur jure suo, illud non est in injuriam & præjudicium inferioris.

Deinde, ut loquitur Doct. Angel. 4. D. Thomas, dist. 17. q. 3. a. 3. q. 5: præjudicium non fit alioū, nisi subiactatur, quod est in favorem ipsius indulsum. Iurisdictionis autem potestas non est commissa alioū homini in favorem suum, sed in utilitatem plebis, & ad honorem Dei: & ideo si superioribus Prelatis expedire videatur ad sedem plebis, & ad honorem Dei promovendum, quod aliis, que sunt iurisdictionis, committant, in nullo sit præjudicium inferioribus Prelatis, nisi illis, qui querunt, que sua sunt, non que Iesu Christi: & qui gregi presint, non ut eos paſcant, sed ut ab eis paſcantur. Hac ille.

Hercule per hujusmodi privilegiū potius Parochi juvantur, & eorum onus levius fit, nec impeduntur, quod minus possint gubernare gregem suum, quia exterius possunt curam adhibere, ut bene vivant; quod sufficit, ut ibidem notat D. Tho. dicens: Quod Rector Ecclesie de et v. litione peccoris sui agno cere dupl. citer. Vno modo per solitam exterioris conversatio- nis considerationem, quā invigilare debet super gregem sibi commissionis: & in hac cognitione non sporet, quod credat subditu; sed certitudinem facti in qua- tum potest, inquirat.

Alio modo per Confessionis manifestationem: & quantum ad hanc cognit onem non potest maioren̄ certitudinem accipere, quā u subditu credat, quia hoc est ad subveniendum conscientie ipsius: unde in foro Confessionis creditur homini & pro se, & contra se, non autem in foro exterioris iudicii: & ideo ad hanc cognitionem sufficit, quod credat subditu dicenti, se alteri absolveat, confessum fuisse, & sic patet quod talis cognitione peccoris, per privilegium aliqui indulsum de Confessione audienda, non impeditur.

Sed potius per talen privilegium redditur Parochus securus, quantum pertinet ad foro Penitentia; quia superior Pastor jam illam euram suscepit. Unde si delegatus perperam administrat Sacramentum, non immediate Pastori, sed deleganti imputabitur; ut proinde magis favorable, quād præjudicium seu odiosum dici debeat, nul- lumque justæ querelæ locum tribuat.

Quantum ad cap. Omnis utriusque sexus, in eo Ecclesia solum determinat tempus Confessionis, alioquin iuste divino facienda proprio Sacerdoti, vel alteri de ejus licentia; id est, Sacerdoti habent iurisdictionem ordinariam vel delegatam. Neque enim (utor verbi Trident. sell. 14. c. 5.) per Lateranense Cor. Ecclesia statuit, ut Christi fideles confiterentur, quod jure divino necessarium & institutum esse in-

33.
Neque hōe
præjudicat
proprio Sā-
cēdoti,

34.

Rector Eco-
cleſia debet
vultum pe-
ccoris sui du-
pliciter ap-
pliciter ap-
plicere, ex
D. Thomae

tellecerat, sed ut præceptum Confessionis saltem semel in anno ab omnibus & singulis, cum ad annos discretionis pervenissent, impleretur.

Vel ergo pœnitens, qui Confitetur Confessori Regularium, non implet præceptum divinum Confessionis, quod evidenter falsum est, supposito quod validè absolvat, vel etiam implet præceptum Ecclesiasticum annua Confessionis.

Ex dictis inferatur, quoties Pontifex (& idem est proportionaliter de Episcopo) absolútè & expressè dat facultatem alicui ad audiendas Confessiones, id sufficere ad jurisdictionem exercendam, nullà exspectatâ inferioris Sacerdotis propriâ licentiâ, tametsi expressè non addatur: sive licentia Parochi, dummodo etiam contrarium non exprimatur. Est communis doctrina Theologorum, teste Suario Disp. 26. Sect. 1. n. 9. Ratio à priori: quia in Superiori est potestas & voluntas.

A posteriori confirmatur; quia alioquin hujusmodi privilegium nullius esset momenti, quia ipsa licentia Parochi per se sola sufficit, argum. cap. 30. de Privilegiis sequentis tenor: *In his, quo ad cultum divinum facere dignoscuntur, non maligna, sed benigna esset potius interpretatio facienda. Vnde mirari compellamus, quod cum Fratribus Predicat. & Minor. decimis indulgendum, ut ubique fuerint sine parochiali juris prejudicio, cum Altari valeant Vaticano celebrare: quidam nimis stricte interpretando indulgiam nostram, nituntur afferere, quod per eam predicti Fratres præter Prelatorum assensum facere hoc non possint: propter quod eos celebrare juxta indulgentiam Apostolicam non permittuntur. Cum autem nihil eis conferret memorata indulgentia, sine qua id Prelatis annuitibus licet eisdem: Fraternitati tua mandamus, quatenus interpretatione hujusmodi reprobata, dum tamen ab aliis, quia iure parochiali proveniunt, prorsus abliniantur, datam eis sic licentiam celebrandi auctoritate nostrâ non differat publicare: ita quod dicti Fratres aliquam ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam confecuti. Ita Honorius III. Qui indubit idem dixisset de privilegio audiendi Confessiones, quod facere dignoscitur ad salutem animarum, addeoque in eo non maligna, sed benigna potius est facienda interpretatio.*

Respondent Adversarii; hoc privilegium posse ad hoc conferre, ut Regulares possint absolvere à casibus reservatis Pontifici vel Episcopo, quod non possent facere per solam Parochi facultatem.

Sed contra facit; quod facultas, simpliciter & absolutè concessa à Pontifice vel Episcopo, si nihil aliud exprimatur, non extendetur ad casus reservatos, ut expressè statuit cap. 2. de Pœnit. & remiss. in 6. ibi: *Si Episcopus suo subdito concesserit, ut sibi possit idoneum elegere Confessorem: ille quem is elegerit, in*

casibus, qui eidem Episcopo specialiter reservantur, Cap. 2. de nullum habet penitus potestatem: Cum in generali Pœnit. concessione illa non remantur, que non esset quis verius similiter in specie concessurus.

Nec dixeritis; ad hoc conferret privilegium Pontificis, ut Regulares possint audire Confessiones sine licentia Parochi extra tempus Paschale. Respondeatur enim; non est verum determinare tempora vel momenta, quia Pontifex posuit in sua potestate, sed sicut simpliciter & purè dixit & scriptis, ita simpliciter & purè sine Glossa debet intelligere, & cum sancta operatione observare ulice in finem.

Nolite ergo Parochi prohibere parochianos vestros, quod minus confiteantur Religiosis, habentibus privilegium ad audiendas Confessiones; quia haec facultas est quasi relativa, & si unius datur ad audiendas Confessiones, alterius datur consequenter ad confitemendum, nisi aliquid obsteret. Et plus datur per privilegium, communiter loquendo, quam de jure communi competit, quoniam privilegium est constitutio Principis specialem favorem concedens.

Quod itaque dicitur, privilegium intercedendum esse sine prajudicio alterius, intelligendum venit de prajudicio extrinseco, secus de intrinseco, incluso in ipso privilegio; quamquam hoc privilegium, de quo disputamus, non sit in prajudicium Parochorum, ut supra ostendimus, sed in maximum sublevamen.

Interim notat Portel verb *Confessor Regularis n. 8.* ut Regularis audiat Confessiones in Ecclesiis Parochorum, debet petere licentiam; sed quidquid sit de peccato in non pertendibili licentia, credo, inquit, quod Confessio valida erit. Et ego credo sufficere, ad evitandum omne peccatum, licentiam probabiliter presumptam: probabiliter autem presumitur, nisi Parochus expressè contradicat, aut aliquando in simili causa contradicterit. Immo nullam licentiam requiri, ex tenore privilegiorum deducitur; quāvis omnibus auctor sim, ut illis non utantur contradicentes Parochi, cum multa licentia quæ non expedit, nisi non usus in dampnum Ecclesiæ vel animarum, & in magnum Regularis Instituti prajudicium verteretur.

Plura de hac materia poterit, qui volet, legere apud alios Theologos & Canonistas, ego his contentus traneo à Sacerdotibus Regularibus approbatib; ab Episcopis, ad quolibet simplices Sacerdotes, simplices, inquam, id est, non approbatos ab Episcopis; & quæro, quam potestatem illi habent in hoc foro. Resolutio erit.

CON-

36.
Quoties
Pontifex
absolutè dat
potestatem
audiendi
Confessio-
nes, non
est necessa-
ria licentia
Parochi.

Cap. 30. de
privi.

37.
Reponitio
Adversario-
rum.

Relectitur.
Facultas
simpliciter
concessa,
non exten-
ditur ad ca-
sus reser-
vatos.

*Ocunius
alteri iusta-
pontio.*

38.

*Plus com-
muniter da-
tur per pri-
mum de ja-
vigium,*

39.

*An Regula-
ris debet
petere li-
centiam ut
audiat Con-
fessiones in
Ecclesiis
parochiali
bus*